

fol. 114.

1356 dec. 25.

Semum in regno successu temporis firmatus transmissit Annam
 uxorem reginem Wilhelmo archiepiscopo Coloniensi coronandam, quam
 idem Wilhelmus Coloniensis archiepiscopus cum sollemnitate debita
 Aquisgrani in reginam coronavit. Deinde domitis belli potentia ad-
 versarius, inter quos nobilis de Lythenburck cum nonnullis fautori-
 bus magna timebat rebellionis superbia, idem Carolus rex intrans Ita-
 liam et Romam accedens per quosdam cardinales domini Innocentii
 pape VI. legatos ad urbem transmissos imperiali benedictione exiit
 sublimatus. Nam a temporibus domini pape Clementis sexti usque
 ad haec tempora et postea summi pontifices cum sua curia citra
 alpes in Avinionem scilicet residebant. Coronatione vero imperiali ac-
 cepta pauca de re publica ^{imperii} ibidem disponens statim relinquens Ita-
 liam in Germaniam est reversus. Laxe post ipsius de Italia re-
 cessum anno sequenti idem Carolus imperator conventu princi-
 pum et baronum episcoporum et prelatorum regni Germanici
 plurimorum in civitate Aelensi natale domini celebrans so-
 lempnem ibi habuit curiam et conventum principum et
 optimatum tam de Alemannia quam de regno Francie pluri-
 morum. Affuerunt namque ibidem universi principes tam
 ecclesiastici quam seculares imperii electores cum multis
 aliis principibus et proceribus regni Germanici nominatis.
 Aderat ibi Carolus primogenitus regis Francie, nepos dicti
 imperatoris ex sorore, cum archiepiscoporum episcoporum
 comitum atque baronum de regno Francie plurima